

DIE XXVI. OCTOBRIS.

B. DAMIANI FURCHERII A FINARIO C. O. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui fidélium salúti procurándæ beátum Damiánum, Confessórem tuum, et mira dicéndi vi, et virtútibus decorásti : præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne et exémplo ſ̄ veram caritátem verbo et ópere exhibeámus : Per.

DIE XXVIII. OCTOBRIS.

SS. SIMONIS ET JUDÆ APOSTOLORUM.

TOTUM DUPLEX.

IN I. VESPERIS.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut, sicut Apostolorum tuorum Simónis et Judæ gloriósa natalítia prævenímus ſ̄ sic, ad tua benefícia promerénda, majestátem tuam pro nobis ipsi prævéniant : Per.

IN II. VESPERIS.

Oratio.

DEUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Judam ad agnitióne m tui nóminalis venire tribuísti : da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre ſ̄ et celebrándo profícere : Per.

DIE XXIX. OCTOBRIS.

B. BENVENUTÆ BOJANI VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

GRATIAM nobis Dómine pœniténtiæ, oratiónis et humilitatis infúnde : ut, beátæ Benvenútæ Vírginis imitatióne, possímus et carnem mortificántes spíritu vívere ſ̄ et cælestia júgiter cogitántes, nosque despiciéntes, in te solo Deo réquiem et glóriam invenire : Per.